

**www.e-rara.ch**

**Ioannis Oecolampadii, doctoris undecunque doctissimi, in librum Iob  
exegemata**

**Ökolampadius, Johannes**

**Basileae, mense Martio, anno 1532**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-73029>

Caput XVIII

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

**E**T respondit Bıldadus Suchites & dixit.

*Disputationis secundæ. Oratio tertia, Bıldadus secundo loquitur.*

- Q**uando ponetis fines sermonibus: (quando) intelligetis: & postea loquemur.
- Quare reputati sumus nos sicut iumentū, polluti sumus in oculis uestris.
- (Heustu) discerpens animam suam in furore suo, nunquid propter te derelinquetur terra, & ueterascet petra à loco suo.
- Etiam lux impiorum extinguetur, & non lucebit in circuitu ignis eius.
- Lux tenebræ erit in tabernaculo eius, & lucerna eius in ipso extinguetur.
- Angusti erunt gressus potentiæ eius, & eiiciet eum consilium eius.
- Si quādo mittitur in rete pedibus suis, & iuxta intricata ingreditur.
- Apprehendet calcaneum laqueus, & roborabit contra se sicutulosum.
- Abconditus in terra funis eius, & decipula ei super semitam.
- In circuitu terre bunt eum terrores, & disperdent eū ad pedes suos.
- Erit.

- 12 Erit fames substantia eius, & contritio paratalate  
ri eius.
- 13 Comedet fulcimenta cutis eius, & fulcimenta eius  
primogenitus mortis.
- 14 Euclletur de tabernaculo eius fiducia eius, & addu-  
cet eum ad regem terrorum.
- 15 Inhabitabit in tabernaculo eius absq; eo, spargetur  
super tabernaculum eius sulphur.
- 16 Infra radices eius arefcent, & sursum excinditur ra-  
mus eius.
- 17 Memoria illius peribit e terra, & non erit nomē co-  
ram facie plateæ.
- 18 Expellent eum de luce ad tenebras, & de orbe projici-  
ent eum.
- 19 Non erit ei filius nec nepos in populo eius, nec super-  
stes in habitaculis eius.
- 20 Super die illius stupefcent posterī, & antiquos ap-  
prehendet pavor.
- 21 Verum eiusmodi sunt habitacula iniqui, & hic lo-  
cus est eius qui non nouit deum.

## METAPHRASIS HVIVS ORATIONIS.

- 1 **S**I sermonibus tuis immodicis finem imponere, & ali-  
orum dicta patiēter cum intellectu accipere posses, lo-  
queremur & nos, tamen si non parua contumelia no-  
tati à te, pecudibus comparemur, & plane tibi sorde-  
2  
3  
4 scamus, pollutiq; censetur, Multum tu quidem stomacha-

aris, mortē inuocans, & quasi Leo animam tuam præ furo-  
re discerpens, quod in solito iuditio tecū deus agat, nouoq;  
modo patiaris, & opinaris te sic excusatū, si blasphemā uer-  
ba eructes. Sed nihil tecū nouatur, lex illa qua in impios a-  
nimaduertit, olim constituta non eneruabitur. Aut quia tu  
non es uotorum tuorum compos, uis ut suum ordinem in  
rebus mutet deus? Si placet, impera etiam, ut ad sententiam  
tuam non inhabitetur terra, & suo loco montes non moue-  
antur. Quam sapiens erit hæc philosophia. Iam in te com-  
probatum esse uerum quod dixisti, lucem doctrinæ impiorū,  
nec sibi nec alijs prodesse. Etiam ipse assero, lucem impiorū  
extinguendam, & si etiam ignis esse magnitudine putetur  
uicina tamen, nequaquam fulgore suo illustraturam. Nec  
in tabernaculo solum inquam, hoc est, familiæ lucem non  
communicabunt, sed & apud ipsos, extincta lucerna, erunt  
tenebræ. Vt uideas quo illos ducat impietas, & pertinax  
animi consiliū, depingam & ego illorum euentus; iterim  
colliquefcet, quid de illis futurum præfinierit deus, & quid  
sibi uelit ac unde profluat, quod tu in hoc mundo salutem  
sperare nec uis nec potes. Habet igitur impiorum causa se  
in hunc modum. Da illos esse in loco spaciofo, in quo sine  
periculo incedere liceat, tanta tamen est mentis eorum de-  
mentia, ut male sibi consultum iudicent, & de mutando sta-  
tu cogitent, suoq; pessimo consilio, semetipsos à beatitudi-  
nis culmine deturbent. Vbi autem uenerint in campum  
in quo extenta retiā, & spineta intricata uiam præcludunt,  
exitumq; negant, sua inconsiderantia, eligentes quod de-  
terius est, in obuios incidunt castes, & præda fiunt sanguinē  
ipsorum sitientibus. Eadem infelicitate laborant, si recon-  
ditiores pedicæ, & decipulæ eis structæ fuerint, in semita  
qua illis transeūdum; tunc enim multo magis consilio desti-

tuti

- tuti, hærent, retinentibus hinc inde quoque mouere pedes  
 cogitant: terroribus. Apertius hæc dicam. Mammonæ cō  
 filio multas opes cum pauperum iactura & iniuria quis re-  
 ponit, deo parum fidens, ne famem aliquando ferre cogatur:  
 atqui hac ratione usu uenit, ut cum omnibus thesauris  
 fuisset furia, & non inueniat, quod manducet. Ita etiam  
 suauitate huius uitæ delinitus, quicquid ad producendam  
 bonam ualitudinem conducere potest, reiecto timore dei,  
 conquirat, totus in delicijs, totus in ocio, frequens apud  
 medicos, aromatariorum amicus, at inexpectato quodam  
 apostemate, uel casu grauiore, male afficiuntur latera, ac cō-  
 fringuntur, ita ut acerbissimus cruciatus, primogenitus &  
 initium mortis, uoracissimo impetu carnem, & quæ quæ  
 tem implent arrodant, & mortificent, unde de salute ac pro-  
 speritate corporis eius, spes omnis intercidit. En quo  
 traxit illum, deo sic ordinante, consilium suum, nempe ad  
 mortem, regem illum quem ut terribilissimum semper  
 fugere studuit, uelit nolit accedere cogitur. Et quamuis  
 ipse à domicilio suo emigrarit, omnes tamen horrebunt  
 ab eo, propter intollerabilis foetoris grauitatem à cadauere  
 exeuntem, dum infra pedes rigent, & caput ac brachia  
 pendula, ut semiamputati rami horrendam speciem aspi-  
 cientibus offerunt. Stulto consilio æternum nomen ex-  
 citaturum se sibi confidebat, & secus accidit: non enim  
 memoria eius in regionibus celebrabitur, imò & in suæ do-  
 mus platea, nomen eius ne audietur quidem, sed ut igno-  
 tum & abominabilem te foetor offendat, à luce & hoc  
 mundo, in tenebrosam aliquam tumulum cum indigna-  
 tione, & insultatione abijcient, aliqui nusquam uel filijs, uel  
 nepotibus, uel amicis comparentibus ac superstitionibus.  
 Et ut

19 Et ut iterum alludam ad uerba tua: Hoc ponent in corde  
 20 suo cuncti mortales, & senes, & iuniores, habentes exem-  
 21 plum impij à deo puniti. Vides nunc quem ordinem inui-  
 olabilem seruet deus, unde perpetuè impiorū calamitates,  
 & quem locum merentur, ij qui flagellati ad deum non re-  
 deunt, sed ignorantes eius bonitatem, ac iusticiam, contra-  
 dicere illi non uerentur.

1 Offensus Bildadus uerbis Iobi, quod deus abscondisset cor illis ne sapiat,  
 & antea ad peccades remississet, se uero ac iustos utiliter per crucem erudiri:  
 nō curans quicquid de misericordia dictum, austerā oratione inuehit in Iobū,  
 ut loquacem, ac impium. Et sicut Eliphaz malā consēntiam illi objāebat,  
 ut desperationis, & malorum omnium causam. Ita Bildadus taxat, quod Io-  
 bus putet deum nouo, & insolito modo secum agere, & ostendit, quod semper  
 iusto dei iudicio, impij infatuentur, & male perire merentur.

2 Quando ponetis ] Hebræi dicunt his uerbis socios reprehendi à Bil-  
 dado. Mihi autem placet quod & nostri approbant. Iobum à Bildado peti,  
 tametsi pluraliter loquatur, eò quod & ille sibi iustos annumerarat, dicens.  
 Ponent recti propter hoc. Dicit igitur: Quando tu Iob, et illi tui modum ora-  
 tionis uestre ponetis, erit & uobis dicendi cāpus. Vnde & Græcus in singu-  
 lari diat. Μεχρη τινος & παύσην vsque quo non cessabis. Posui autem  
 quando, pro usq; quo, & ἀπὸ καὶ ἀπὸ ὧν rēpetij, quum hebræi semel ponant.

3 Quare reputati ] Superbos multo peius habet, sibi ignorantiam ob-  
 iijā, quā esse ignorantes. Beneficium est in dixari cuiuspiam errorem. Illi autem  
 ingenium. Enefitiū est, indi-  
 igitur illorum inhumanitatem. Interim sua uitia in ipsum Iobum retorquere  
 nitentur, & cæcus uidenti cæcitatem obijcit. Idem ingenium, in superbis o-  
 igitur illorum inhumanitatem. Interim sua uitia in ipsum Iobum retorquere  
 nitentur, & cæcus uidenti cæcitatem obijcit. Idem ingenium, in superbis o-

Pijs impij, & mmbus reperies. Vere autem impij sordescunt in oculis piorum, & agnoscū-  
 tur esse bestijs uacordiores, sed id fit sano iudicio, & absq; contemptu. Erat  
 enim & Paulo mundus crucifixus, sed quid non faciebat ille, ut eos qui in mū-  
 do erant lucrī faceret. Multo igitur aliter sordescunt pij impijs, & contra  
 impij pijs: illis enim est charitas, quā hij modis omnibus negligunt. Illi citra  
 superbiam

4 Superbiam agunt quod hi superbiſſime.

Discerpens animam ſuam] In hoc uerſu ſtatum orationis huius habes. Vult enim Bildadus hunc eſſe diuinæ iuſtitiæ ordinem. punire ſic impioſ, Iobum uero conquerendo, diuinæ ordinationem ſe opponere, eo quod excuſet ſu-  
as uoces aſſeriores, propter inſolitum iudicium ſibi adhibutum. Dicit igitur exclamando: O diſcerpens animam ſuam, tanquā ad terāum loquendo. Vnde adiecta, aduerbium uocandi, quaſi dicat: Quiſquis es qui ſupra modum ſi mo-  
charis, & præ ſurore, hoc eſt, indignatione diſcerpere uideris animam tuam. Et notat in hoc Iobum eo quod toties precetur ab hac uita abſolui, & nullam conſolationem hic recipiat.

Nunquid propter te relinquitur orbis] Hoc eſt, nunquid propter te mu-  
tabit rerum ordinem deus. Eadem ratione petito, & conquerere quare ho-  
mines terrā habitent, quare montes non moueantur loco ſuo? quum illa per or-  
dinationem dei ſic ſe habeant. Eſt hæc non uulgaris machina ad euertēdam ſi-  
dem ſi audias, num propter te mutabit ordinem rerum? Atqui fideles, ſcutū  
opponunt fidei, credentes firmiter, etiam hoc diuinitus conſtitutum, non relin-  
quendos filios, & animam hominis toto mundo præcioſiorem, operariq; deum  
mirabilia propter electos ſuos. Porro indigne Iobus audit, hanc eſſe ordina-  
tionem dei, quod puniamur ſic impij. Non enim ipſe ut condemnabatur ex illo-  
rum numero erat.

5 Etiam, lux impiorum] Vera ſententia & prius à Iobo dicta, ſed male  
in Iobum retorta. Dixerat enim Iob: Qui blanda annunciat amicis, oculi fili-  
orum eius deficient, hoc eſt, ut dixi; Et ipſe ambulabit in tenebris, & alios ſc-  
cum perdet. Vide capite proximo, uerſu quinto. Hanc nunc ſententiam ap-  
probat, & in Iobum quaſi iuſte patiatur, & multum erret conuertit. Alij ſerē  
omnes, lucem hic pro proſperitate accipiunt, mihi autem ac nunc modatius uide-  
ur, ſi pro doctrina ac ſapiētia intelligas. Extinguenda eſt enim lux illa, & in-  
ſatianda: Inſipientia enim illorum, ut Apoſtolus uult, omnibus manifeſta erit.

Lux, doctrina et  
ſapientia.

Et non lucebit in circuitu eius ignis eius] Eſto inquit, quod hæc lux & ſa-  
pientia tanta ſit, ut uideatur eſſe ignis, uiciniſi tamen nullā lucem adminiſtra-  
bit, nulli ex eo ædificabuntur. Extinguitur autem & non luat ignis mundanæ  
ſapientiæ, quando uana eſſe deprehenditur. Pungit autem hic ſanctum Iobum

Ee quaſi

quasi fesus propria sapientia, ita loquutus sit, quem sua calamitate perpetua sic confundi oporteat.

- 6 Lux tenebrae erit] Repetit quod dixerat. In tabernaculo & domo ac familia erit, nihil sanctum, nihilq; pium disatur, (posses hoc et ecclesijs hereticorum aptare) & sic lux tenebrae erunt. Sic dominus Matth. 6. Si lumen quod in te est tenebrae sunt, ipse tenebrae quantae. Si sal infatuatus fuerit, quo salietur.

Et lucerna in ipso extinguetur] Videmus enim non raro sapientissimos viros ita in sensum reprobum dari, ut de rebus diuinis perquam aniliter sentiant, ac loquantur plane impie.

- 7 Angusti erunt gressus] Lucem his dictis addes, si ea probe distinxeris. Ostendit igitur quam insipienter se gerant impij, primum rebus integris, deinde si periculo vicini fuerint, tertio in ipsis periculis. Dicit ergo in hoc uer-

Impij in rebus agē. lus insipientes su. Gressus potentie eius, id est, quando ad huc feliciter & sine periculo ingredi poterit, coarctabuntur gressus eius, id est, perplexus erit secum. Non

Animus deo carēs sibi non sufficiens. Animus deo carens, & mutationem querens status, contentusq; ad altiora se, constringitur & anxius est, seq; ipsum e felicitate sua abiicit, consilio suo, & stulta sapientia. Flet Alexander multos muros esse audiens. Crassus & Cræsus in maximis diuitijs egeni sunt, unde & periclitati

Sapientia humana stulta et inutilis sunt. Idem quibusdā accidit, dum extra limites scripturæ ut plus sapiat, quam par est, euagantur, quum posset tuti uersari & magnacum felicitate, in sacris literis deambulare. Et obserua quod hic de consilio proprio loquitur.

- 8 Si quando mittitur in rete] Secundo ostendit quomodo se habeat iuxta mundum sapiens, quando periculo innoans est. Nempe, si quando obtexitur rete & in foribus est apertum aliquod periculum, e quo se explicare posset ut si saperet, ut posset malam societatem quam periculosam nouit fugere, posset non in hereses incidere, sed amat hereticorum blandiloquentiam. Vbi alij habent: Et super rete ambulabit. Et uetus translatio: In maculis eius ambulabit. Est שִׁבְבָה perplexio ramorum, cin geheg.

- 9 Apprehendet calcaneum] Hoc est, non cauebit sibi, non retrahet pedem, sed permittet ut capiantur pedes eius, quum uitare posset. Eligit quod deterius est, totum imputetur eius ignauia, & stulticie.

Roborabit contra se siticulosos] Siticulosi qui hebreis sunt דַּמִּים quasi

quasi **יָמַיִם** & sitiunt prædam & sanguinem, uenatores sunt ut in parabola maneat, illi roborantur ab ignauia eius qui sic facile sibi imponi sinit, unde & illum absq; metu inuadunt.

- 10 Absconditus in terra] Tertio ponit quomodo se habet, is qui domesticæ & citra timorem dei sapiens est, in periculis ipsis occultior ille, que non poterant effugere, ut quando absconduntur in terra fines ac laquei. Etiam istis laqueis plenus est mundus, ubi te securum arbitraris, insidijs expositus es, quos nemo sine humilitate euadet. Quid ibi faciet sapiens huius seculi, Christus, qui lux est mundi, carens? Annon iam illaqueatus est & peccatorum funibus stringitur.

- 11 In circuitu terre bunt] Tunc plane deerit sapientia, deerit fuga, tunc pedes eius extrahi non poterunt, ubiq; autem terrores erunt & insultus. Vide hic quomodo beati Iobum pungant, quasi nec prosperitate nec aduersitate uti potuerit, quâ tamen in utrâq; fortunâ innocentissimus ac in culpa-tissimus fuerit, sciebat ut dictum est, abundare & penuriam pati.

- 12 Erit fames substantiâ eius] Declarat id in specie. Insipientia enim illa, nec famem, nec morbum, nec mortem, nec ignominiam quis euadit, nam licet ampla sit substantia absq; timore dei cõportata, nõ tamẽ liberabitur quis propter eam a fame domino irascẽte. Viuitur enim morbo dei magis quàm nostra sollicitudine & abundantia. Quoties enim in obsidionibus, in penuria annonæ, in captiuitatibus, fame la' orare coguntur etiã qui diuites fuerunt. Pleriq; Hebræorũ exponũt: Et fames erit semini eius, hoc est, filiis. Et alterum hemistichium refertur ad uxorem. Calamitas uel infortunium erit lateri eius, id est, uxori eius, quæ mortuo uiro uidua erit. Ego autem malim, sicut etiam Rabi Abraham annotat, intelligere de morbo, sic enim contextus magis coheret. Latus autem eius uel apostimate uexatur, uel casu graui confringitur præter spem eius: nihil enim solem amatores huius uitæ ita diligenter curare, atq; corpus ne egrotet sed impius euitare non potest, ubi deus urgeat iudicio suo.

- 13 Comedet fulcimenta cutis eius, & fulcimẽta] Iuxta Rab. Leui, primogenitus mortis est grauiissimus dolor, qui maxime uitalia infestat & mortificat. Primogenitum mortis. Vbi igitur infortunium uel damnum euenerit lateri, morbi uolentia depopulatur fulcimẽta cutis, id est, quicquid uiuum intra cutem & solidũ est pessundet.

Iterum occurrit רַבִּי Rabi Abraham exponit: nervos musculos, & ossa corporis. Chaldaei & Hebraei quidam etiam hæc de filiis exponunt. Nostri allegorias afferunt, sed tu vide quam graphice mortem describat. Ordinata enim hæc omnia sunt, & minime confusanea ut quibusdam videtur.

- 13 Euellitur de tabernaculo] Accipio hic tabernaculum pro corpore, sicut apostoli Petrus & Paulus. 2 Cor. 5. & 2. Pet. 1. Quasi dicat, in tanta ægritudine nulla spes est ultra sanitatis. Quo dicto Iob iterum pinguetur, qui nihil audire volebat de sanitate recuperanda. Quasi dicat: Animæ omnino emigrandum est à corpore.

14 Et adducit illum] Quid adducit illum impium? consilium suum, & stulta sapientia, in causa est, ut quod semper horruit, amplecti cogatur. Hoc consiliū impellet Ad regem terrorum, id est, ad locum quem semper horruit, quasi rex illic sedeat, sicut & Poëta apud inferos Orcū uel Plutonem fingūt. Vel quod magis placet, Terror ille qui in defectione est, iuxta Rabi Abraham rex dicitur terrorum. Nostri ad allegorias confugientes, diabolum dicunt regem terrorum, quod ut uerum est, maxime in impijs, simplicius tamen intellexeris, de anxietate quæ est in expiratione.

- 15 Inhabitabit in tabernaculo] Spiritus eius emigrabit de tabernaculo corporis, & non inhabitabit in eo, at horror nihilominus occupabit in corpore, ut homines à cadauere caueant. Sunt qui exponunt: Vxor habitabit in tabernaculo sine uiro. Verum parum quadrat quod dicunt.

Spargetur super tabernaculo] Cadauer quod tabernaculum dicitur, foetere incipiet, intolerabili foetore, qualis est sulphuris, quod graue oleum fugat homines. Hebraei exponunt: Impij domum & si quid in illa etiam exurendam.

- 16 Infra radices eius arescent] In tabernaculo isto radices, hoc est, pedes rigidi crunt, manus excæte & pendule, ut rami seniamputati. Et inde erit horror. Exponunt Hebraei: Nihil reliquum manebit in eo. At tu uide hypotyposin elegantissimam, critq; sensus planissimus.

17 Memoria illius peribit] Post mortem etiam frustrabitur spe humana sapientia, quæ æternam quæsiuit memoriam. At transsit cum sonitu memoria. Multi Cæsares crexerunt statuas, quæ mox cum ipsis subuerse sunt. Putabant se in

Sapientia humana memoria peribit.

se in terra, hoc est in multis terris ut nobiles celebrandos, sed peribit & in facie platearum non cogitabitur memoria eius.

- 18 Expellent eum de luce] Vicini inquit, ne ledantur à sœtore, non sinent eadaver in luce, sed in angulum tenebrosum proijcient, & ibi ignominiose & cū insultatione abijcient, quasi dicant. Indignus est quem mundus sustentet.
- 19 Non erit ei filius] In funeribus olim omnis fere familia congregabatur, ut est in Genesi uidere multis in locis. Ignominiosi autem impij funeribus nec filius nec nepos asit: nam & de semine eius nihil residuum erit.
- 20 Super diem illius obstupescet] Hi duo uersus ad epilogum pertinent. Vel poteris hunc uersum superioribus iungere. Quod impij nulla erit memoria, honesta scilicet, sed memoria, qualis Sodomitarum, & eorum qui à deo puniti sunt. Repetit autem hoc Bildad, quia & Iob dixerat: Pauci resti propter hoc. Mirabuntur igitur & posteri qui sequentur & audient, & antiqui uel priores qui hoc opus dei uiderant. Vides hic diem appellari, omnium euentuum horum ac fortunam & iudicium.
- 21 Verum eiusmodi sunt] Hæc lex dei est, ut impij sic puniatur, quæ propter Iobum non mutabitur, nec abrogabitur. Sunt qui plerosq; superiores uersus de iudicio dei, deq; inferno & pœnis damnatorum intelligendos putent. At qui Bildadus nihil tam sublime attingit, nam & mens eius erat, hypocritas hic puniendos.

## CAP V T

## XIX.

**E**T respondit Iob ac dixit.

Disputationis sequundæ, oratio  
quarta, Iob sexto loquitur.

(bis.)

2 Quā diu affligetis animā meā, & cōminuetis me uer  
3 En decies confudistis me, nō crubuistis, alienati estis  
à me.

4 Et esto uere errarim, mecum moratur error meus.

Ee

3

Sed